

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4

Orationes in Marchio-Badensis Societate Latina ab ordinariis h. soc.
solidalibus habitare - Cod. Karlsruhe 3420,2

Hebel, Johann Peter

[Karlsruhe], 1772-1776

[Weyher, Wilhelm]: De [...]omocissima morum travendi praecepta ratione
in Oratione egit, 20 Jun 1778

[urn:nbn:de:bsz:31-99834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99834)

De comotissima morum tractandi
praecepta ratione
in Oratione egit
Guilielmus Keyser L. C.
die vicesimo Junii a. 1778.

3258. I. 02

Oeconomia

Exord: Magni momenti est, quo
modo tradantur veritates.

Thema. De commodissima morum
tradendi praecepta ratione.

Parti^a Morum tradendi praecepta
apud antiquiores.

α, Sententiae.

β, Fabulae.

γ, Dialogi.

quibus omnibus soliditatem
et veritatem deesse, de-
monstratur.

Parti^{da} Morum tradendi praece-
pta apud recentiores si-
ue systema.

1, Notio systematis.

2, commercium Ethicae
cum eloquentia ac historia.

Ductor Excellentissime,
 loci honoratissimi.

Non potest negari, doctrinas Exordium
 gravissimas tradendi ratione
 vel animo facilius instillari, vel
 difficultate obstrui, argumen-
 taque nobilissima pro diverso
 tractatu, aut deprimi posse,
 aut illustrari. Quae iam ve-
 ritatum moralium qualitati
 convenientissima sit ratio
 de hoc genere praecipiendo,
 sane locus est accuratiori
 indagine meditationeque
 haut indignus aestiman-
 dus. Aliud enim est virtus,

aliud virtutis amor: Aliud
 veritas, aliud dein cognitio
 veritatis. Omnino nec veri-
 tatis ipsius nec virtutis at-
 que internae earum digna-
 tionis interest, quomodo eas
 nos contemplemur et qua-
 lem illarum imaginem no-
 bis praebeamus intuen-
 dam. At qui desiderio veritatis
 implendus inque virtutis amo-
 rem impellendus est, ei veri-
 tatem, ut potest, dilucide
 proponi ac virtutem cum
 omni ipsius pulchritudine
 atque praestantia ostendi

oportet. Ea vero vel potentissima
 ratio est appetentiae veritatis
 amaraeque virtutis, quod illa
 omnibus de rebus recte nos
 sentire edocet ac etiam iustam,
 qua incedendum nobis est, com-
 monstrat; hae porro cunctas
 actiones nostras ita instituit
 atque efformat, ne ulla poeni-
 tentia aut dolor inde oriatur
 e contrario summa laetitia
 ac voluptas illas sequantur.
 Itaque sine ulla praevincio,
 neque unius vel alterius par-
 tis studio correpti, omnisque
 plane Philosophorum di-

uersis opinionibus rem ipsam
ex ratione dispiciamus, non
aliam partem, nisi in qua ve-
ritatem inuenimus, sequi-
turi.

PARS I. Atque antiquiores morum prae-
cepta nunc per sententias, nunc
per fabulas, nunc per dialo-
gos tradebantur. Neque horum
omnium aliquo ad virtutis
profectum momentum esse in-
ficiabimur, ut omni potius
attentione singula haec gene-
ra considerari mereantur.
Aeritae ingeniosaeque sen-
tentiae, bene viuendi normas
complexae, venustatem pa-

viter atque euicentiam prae
 se ferentes, haud dubie ma-
 gna sunt utilitate. Namque
 ob breuitatem haud ita ma-
 gno studio mentibus impri-
 muntur comonentque fa-
 cillime in casibus singulis,
 ut, quod uisum praescriptum,
 exercemus. Paucis saepe
 verbis multae ac utilissi-
 mae veritates possunt
 comprehendi: ac uim in
 porro notae, quibus conspi-
 cuae sunt, amoenitatem
 illis et gratiam attribuunt

atque aditum eorum ad mentem alleuant. Ita quidem Orientales, mores ac virtutem docere, consueuerant. Apud Graecos aliasque nationes Poetae ethicam tractabant idque plurimum in fabulis. Fabula siue ab historia mutuatur materiam paratque hanc ad usum quemdam moralem: sicque veris ac compositiuis mixta est; siue ingeniose inuentis in speciem tantum historiae efformatis utitur, sensu quodam morali velut in texto utroque modo et suauitatem pra-

stat et eorum praeceptis,
moralibus. Quippe ethices
leges imaginibus effectas trans-
fert in vitam hominum ac
singulis casibus accommodat.
Habet haec quoque ars fabulan-
di sua praecepta. Nam quo
accuratius, omnes in toto
coniunctiones inter se con-
gruunt et quo vivacius
sensus atque imaginatio
moveritur, ut sese ad eme-
lumentum ethices rationi
adiungant, eo maior illius
est perfectio. Ceterum hic

docendi modus eo tantum
 inuentus est, quod plerique
 homines veritatem nude et
 aperte expositam, quamquam
 saluberima frucentem, ta-
 men ut sibi, hisque vitis,
 quibus indulgent, contrariam
 respiciunt, sensuum quodam
 artificio ac velut texture
 modo et coloribus in eode-
 mum aduocandi, et auocan-
 tes se praebeant in traque
 animum optimas doctri-
 nas recipiant. Quendam Phi-
 losophi, ut Plato, ethicam
 in eam formam traiecerunt,

At instar esset colloquiorum,
ex quibus, quid agendum vel
omittendum esset, apererent.
Neque vero ab illo negabitur mo-
rum praecepta, vim suam
retinere, seu praecipien-
tium more, seu collequen-
tium tractantur. Utique
enim dicantur ad infor-
mationem animi perti-
nentia, veritati ipsi, soli-
ditati syllogismorum et
argumentationum robori,
nihil detrahitur. Quae ad-
modum enim possunt dici et

plures homines de sumis veri-
 tatibus maximique momenti
 rebus inter se colloqui, omni
 tempore, quocumque loco et quavis
 data occasione: ita quoque de
 iis, quae ad vitam recte et salu-
 tariter instruendam pertinent,
 quaerentes inuicem ac respon-
 dentes, dubiis proponendis ac
 resoluendis et aliis modis ma-
 gnopere sese iuvabunt. Eius
 generis dialogi doctrinae
 augeantur perquam sunt co-
 nei, quum intellectum in
 veri indaginem dirigant si-
 mulque animum reficiant.
 Quae vero potest esse dia-

logorum. Utilitas certis homi-
nibus, in certo statu prae-
missis certis scientiis ac pro-
eo habitu iisdemque conditio-
nibus, non ideo eadem
in univrsum omnibus
illine adferri concludendam
est. Igitur nec pro generali
ethicam docendi modo meri-
to habebitur. In tantum
certe omnes, de quibus di-
ctum, methodi defectu labo-
rant, quod sollicitas adhuc
et profunditas, quae in mo-
rum doctrina vel maxime
quaeruntur, desunt. Quam

diu nimirum non ad incubitatem
 et plane eucta animus prin-
 cipia reuocatur, nec potest om-
 nem veritatum complectam e
 primis fundamentis inspi-
 cere: persuasione tantum;
 non scientia constabit as-
 sensus: Multum profecto in
 homine valet sensuum vis
 et imaginatio, quae facillime
 hominem decipiunt. Venu-
 sta et suavis dictis ac per
 illam emota vehementer ima-
 ginatio cogunt quasi eum ali-
 cui sententiae accedere, pro-
 piusque assensio et approba-
 tio cognitioni perceptionique

praecurrunt. Dubo si vero
 quisquam, quae esse credebatur
 antea veritas, propius eam
 examinaverit, detractis, quae
 fulgebant ornamento, facile
 tunc ab assensu animus auo-
 cabitur. ete proferunt etiam
 virtutis aduersarii quaedam
 quae ingenio ad hoc abuti, et
 speciosas argutationes con-
 tra veritatem adferant mul-
 tisque difficultatibus eam-
 dem implicent. Qui igitur e
 doctrina morali cohaerentiam
 ac systematis formam propositis
 tollere satagunt, is certe ista

dubia erunt saepe numero ir-
solubilia. Nec datur omnino
praeter principia certa eorum,
que iustam connexionem, ali-
ratio, qua confusio erroresque
vitari aut tolli possint.

Part II. Quae cum ita se habeant,
rectissime eos facere, arbi-
tror, qui de moribus prae-
cipientes eodem ordine eo-
demque nexu, quem ceterae
scientiae requirunt, praescri-
pta moralia comprehendunt.
Id vero quum agitur, ut ali-
qua cognitio scientiae loco ha-
beretur, ante omnia quae

dam per se euidentia princi-
 pia praemunienda sunt in ^{his}
 velut totum systema reponen-
 dum. Quae, ubi ad summam
 gradum euidentiae perducta
 sunt, magis tunc elaboranda
 et aliae veritates inferendae
 aequae necessariae, ut ipsa, a
 quibus fluxere principia.
 Longiore dein evolutione
 et ratiocinatione in conti-
 nuam veritatum conca-
 tenationem ac seriem dedu-
 cenda mens est. Sic uniuers-
 sitas quaedam efficitur veri-

tatis, cuius partes et inter se
 et cum primis veritatis prin-
 cipiis inseparabili vinculo
 cohaerent. Itaque systema
 appellabitur. Quod si quis
 impugnaverit, per eandem
 veritatum inter se con-
 tarum seriem retrogre-
 dum, donec ad ultima prin-
 cipia, in quibus totius quasi
 systematis robur continetur,
 peruentum sit. Ita quidem
 mens omnem connexionem
 distince perspicit ac plena
 conuictione tranquillabitur.

Comercium ethi- Huius nobilissimo ethice studio

comites advenae sunt eloquentia ^{ca} cum eloquen-
 atque historia. Eloquentiam ^{tia et historia.}
 dico, non illam quidem, cui de-
 est cogitationum gravitas, quae
 iactantia verborum vniice
 constat et ad delectationem to-
 ta comparata est, sed eloquen-
 tiam require cogitationum
 plenam, quae percellere audien-
 tium mentes et mortalibus
 divinam virtutem cum di-
 gnitate et decore commendare
 valet. Tunc historia virtutis
 studiosum in hunc orbem
 nostrum, velut patentiissimum
 theatrum, intronmittat, prae-

ceptorum ac informationis loco
 eidem experimentorum copiam
 atque exemplorum vim sub-
 ministret et virtutis ac vitii
 naturam, qualitates contrarias
 diversosque effectus oculis, quasi
 induendos subiiciat simul fon-
 tes utriusque recludat et in
 intimam casuum humanorum
 humanarumque rerum notitiam
 ipsum deducat. Ecquis vero ethi-
 cam tali modo traditam non
 perdiscere cupiat et magni
 existimet, et, qui inter illam
 atque historiam et eloquentiam
 nexus intercedit, non saluber-

rimum et indissolubilem
esse confiteatur?

tionis
um equa
vim ju
etiam
Contra
oculis
simul
pat et in
umanc
in octo
uis voo
itam no
t magi
ter illa
loquent
saluta

[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]



